

Etum nec Genitum nec Ingenitum fides certa declarat: Quia si ingenitum dixerimus, duos Patres videbimur affirmare: Sin Genitum, duos credere Filios culpabimur. August. ad Oresium. Et lib 15. dn. Trin. c. 26.

48. *Huic contradicens Hieronymus in regulis definitionum contra hereticos, Spiritum sanctum & ipse nominat Ingenitum, & ita pie nominari posse statuit.*

49. *Verum ὅμοων μίας declaratio litem omnē tollit, quod nimirūm Ingenitum esse, vel sumitur pro eo, qui, vel quod, de alio plane nulla ratione est: quo respectu cum Augustino Spiritum sanctum Ingenitum dici posse negamus; quippe qui suam ἑταίρειαν habet à patre & Filio: Ex hoc respectu Solus pater est & dici debet Ingenitus.*

50. *Vel Ingenitum esse idem notat, ac non genitum esse, licet interim alio modo ab altero produci possit: qua ratione Spiritum sanctum rectè Ingenitum nuncupari posse, cum D. Hieronymo contra hereticos definimus.*

51. *Ceterū ut ad Processionem Spiritus sancti à Filio confirmandam accessum faciamus: negant eam quidem Græci Orientales: nos vero à Filio. Sacrarum literarum prælucente pharō, eandem contra hos invictè demonstrabimus.*

52. *Argumentū primū hoc esto: Quemadmodū Filius in Trinitate ab ea Persona gignitur, cuius Filius*

Spiritus
Sancti
processio
à Filio.